

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 31 [heute: Cambridge/USA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat. 121]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 50.

50.

Cod. XXX. n. 2.

" potest, ne legam institutionum libros, quos contra gentes
 " scripsit fortissime? Qui de ira Dei quoque et opificio
 " duo volumina edidit, quem quidquid legerit, dialogum (i.
 " Ceronis cascriptum reperiet.
 " Audi ergo quod Laetantius, vir poetarum et philosopho-
 " rum notitia, et Ciceronis facundia, sed etiam quo
 " cuncta transcendit, catholica religione clarissimus, primo
 " suarum institutionum libro ait: Nesciunt quis scri-
 " ptura poetica modus: quousque progredi fingendo liceat.
 " Laetantius Firmianus, et ipse vir magnus in eo libro,
 " quo Gentilium erroribus exarmatis, fidem nostram,
 " quantum quirit, armavit, omnemque hanc Teorum
 " scenam mirabili et laudabili curiositate detexit. In
 " eo opere angusto atque aliis sequentibus viam fecit.
 " Quomodoque multa de prima Teorum inventionem dise-
 " ruit, sic adiecit: Denique ipsi leges, quomodo cari-
 " casset uis, quorum vitam composuerant?
 De Laetantio vid. Dupin in Biblioth. nouv. des auth.
 ecclest. T. I. pag. 924. Pope Diluent in cens. celebr.
 Auth. pag. 216.

L. S. Fl. Ter-
 tulliani Apolo-
 geticus.

228a-270b

2.
 Q. Septimii Florentis Tertulliani Apologeticus adven-
 sus gentes, qui incipit: " Si non licet vobis et. Promitti-
 tur duplex de Tertulliano testimonium S. Hieronymi,
 primum est: Tertullianus presbyter, quod dedit in
 Catal. Scriptorum ecclesiarum. alterum: Quid Tertulliano
eruditus et quod habetur in S. Hieronymi Epist. ad
Magnum, oratorem Rom. ubi de script. crist.
 De Tertulliano, ejusque scriptis vid. Dupin Nouv.
 Bibl. des aut. ecclest. T. I. pag. 90. et seqq.

S.
ma.
nis

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 31 [heute: Cambridge/USA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat. 121]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 51.

Cod. XXXI. n. s.

51.

Die Handschrift befindet sich jetzt (1991) in Cambridge!

Cod. XXXI. des 1 Massachusetts, Harvard College Chartae. Fol. Library, MS Lat. 121

1.
3.7.

Sec. 15^{to} exaratus; continentur in eo des Mittelalters in Marburg, Exkursionsprogramm S. 27

Speculum hu-
mana salratio-
nis.

Speculum humano saluationis, i. e. historiam J. Christi et B. V. Mariae metricè descriptam. Absolvitur totum opus 44. capitulis, quae duplex praedicat pro-
mium. Primum ita incipit:

- " Incipit Prohemium cuiusdam nove compilationis,
- " cuius nomen et titulus est Speculum humano sal-
vationis.
- " Expediens videtur et utile quod primo in hoc pro-
hemio ponatur,
- " De quibus materiis et historiis in quolibet capitulo
diciatur.
- " Et qui diligenter hoc prohemium perstruxerit,
- " De facili totum librum quasi intelligere poterit.
- " In capitulo primo agitur de casu Luciferi et suo-
rum sociorum
- " Et de formatione Ade et eve et dignitate eorum.

Et sic Epitome datur de singulis capitulis. Finit hoc prohemium haec:

- " In 44^{to} capitulo agitur de septem gaudiis ejusdem
- " Et sic terminatur capitula gloriose virginis,
hujus libelli et voluminis.
- " Praedictum librum de contentis hujus libri compilari
- " Et propter pauperes praedicatores apponere curari.
- " Qui si forte nequiverunt totum librum comparare,
- " Si sciunt historicas possunt de ipso prohemio praedicare.

Tam sequitur alterum prohemium, in quo author praedicatores instruit, quomodo hoc opere ad instruendos fideles utantur. Incipit:

- " Qui " Ad justitiam erudiunt multos
- " " Fulgebunt justi quasi stellae in perpetuas aeternitates.
- Finis hoc prohemio incipit primum caput ipsius Speculi ita.
- " Incipit Speculum humano saluationis
- " De quo patet casus hominis et modus reparationis.
- " In hoc speculo potest homo considerare,
- " quam et causam Creator omnium decreverit ho-
minem creare et.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 31 [heute: Cambridge/USA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat. 121]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 52.

52.

Cod. XXXI. n. s.

Ultima Codicis nostri verba sunt haec:
 " Ut post hoc exilium perducat me ad thronum regni sui
 " Ut sine fine merear gaudio sempiterno frui
 " Quod nobis omnibus prestare dignetur Dominus
 Iesus Christus,
 " Qui cum patre et Spiritu sancto est in perpetuum bene-
 dictus amen.
 " Et sic est finis Leo gratias.
 " Explicit Speculum humane salvationis sub anno
 " Domini 1499. in sancti Johannis baptiste "

De authore hujus Speculi Eruditi variant. Freytag in Analect. liter. p. 897. se vidisse ait Lipsia in Collegii Paulini Bibliotheca Codicem manu emaratum, cui auctoris nomen, Henrici de Lichtenstein, additum erat. Meerman de orig. Typograph. T. I. p. 107. Speculum hoc tribuit cuidam Joanni, saeculi 19. vel 14. Monacho S. Benedicti, quod collegit ex versibus, qui in fine editionis cujusdam vetusto exstant hujus tenoris:

" Explicit humane salutis sumula plane
 " A me fratre Johanne, sui pater ordinis, alme
 " Vir Benedicte, puto, quasi minimo monacho."

Secundus in Biblioth. Ascet. T. 8. p. 697. Sumulam hu-
 manae salutis exarasse dicit Joannem de Weilheim, qui
 floruit saec. 15. Postquam autem C. Panzer in
 suis Animalium hinc alium Institutum
 pag. 6. et seq. editionem produxit ab a. 1472. in qua
 habetur hoc prolatio: "incipit Prohemium libri sequen-
 tis. Andreas natione ytalus. officio presbiter. minist-
 rorum et pauperum. dum J. dni. iesu Christi pau-
 perior est; hic Andreas passim ab Eruditis author hujus Spe-
 culi habetur. Ceterum, Codicem nostrum rariorem
 esse non dixerim, cum Heineken in sua Ideae generale
 affirmet, se via non in omnibus Benedictinorum Co-
 dicibus mss. hujus Speculi vidisse.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 31 [heute: Cambridge/USA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat. 121]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 53.

Cod. XXXI. n. 2. 3.

53.

Non Inm. Leshl.

2.

De nobilitate idiomate leutonico, ejusdem cum priore saeculi. Tituli loco, quo caret, in fronte ejus interrogatur: "Etus ist Leshl?" Et respondetur: "Leshl ist stotta gotlinp". "im Leshlinsfa Leshl ist Lollkomud Leshl in". "alrod gressp gotnd inst allam in Inm mungfom, duf". "in allm gramud im wilhm tyrum": etc.

Proxima sectio inscribitur: "Non cum Inm Leshl Leshl". "ist; et salium inscriptionum habentur octodecim, quarum ultima est: "Non Inm Leshl". Spusculum hoc quinque foliis absolvitur. De auctore adhuc nihil reperi.

Bulla aurea.

3.

Bulla aurea, seu lex illa Carolina, quam Carolus IV. Rom. Imp. in comitiis Norimberg. a. 1356. habitis promulgavit. Folius constat 17, capitibus 30, in quibus ad Concordiam inter Electores fovendam, et pacificam legis Roman. electionem procurandam, forma, seu modus, et ritus procedendi in celebranda sive Roman. legis, sive Imperatoris electione, et singulorum electorum numerus, officia, locus, comitatus ac jura determinantur, aliisque plura statuuntur ad generale imperii regimen pertinentia. Auream Bullam duplici constare constitutione, satis jam notum est. Prima promulgata est ab Imperatore in comitiis Norimberg. 1356. regnorum ejus a. decimo, imperii vero primo, capitibus 29. et incipit: "In nomine sancte et indivisus trinitatis feliciter amen. Karulus quartus divina favente clementia romanorum imperator semper augustus et bohemie rex ad perpetuam rei memoriam. "Omne regnum in se divisum desolabitur Nam principes ejus facti sunt socii furum." Ultimum hujus prima

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 31 [heute: Cambridge/USA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat. 121]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 54.

54.

Cod. XXXI, n. 4.

(a) in Editionibus.
Mentzi.

Constitutionis caput incipit: Quociens insuper in impera-
toris vel Regis Romani presentia missarum Solemnia etc.
Secunda constitutionis principium, a Carolo IV. in comitiis
Mediomatricensibus seu Metensibus ad Imperii sui secundum
promulgata, in Codice nostro pro se fert Titulum. Altre
Constitutiones, et incipit: Intra scripte leges promulgatae
sunt in Curia Mentensi (Ca), per dominum Carolum quar-
tum Romanorum imperatorem et bohemie Regem et au-
gustum anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquage-
simo sexto etc. Septimum seu ultimum Secunda con-
stitut. caput his desinit: quorum conversatione pari-
ter et doctrina in linguis ipsis valeant erudiri. Quibus
subjungitur: Explicit aurea bulla. Hic est finis auree bullae.
Vid. Thulemarium de Bullis. Lambec. in Bibl. Vindob.
Lib. 2. Cap. 8. pag. 818. et seqq. A quod adducit Lapa-
nius in Biblioth. juridica T. 1. voce Aurea Bulla.

(a) So
The
Mo-
toque
qui
A fe
proy
ferm
fari
Eozel
Lor
Con-
7478.
etian
Bibl
Yoa
pide

4.

Ordo et forma
Coronationis et
unctionis Regis
et Regine Rom.

"De ordine et forma Coronationis et unctione Regis
et Regine Romanorum." Hoc est antiquum illud cere-
moniale, quod in coronatione et consecratione Impe-
ratoris, vel Regis, aut Regine Romanorum olim signi-
gravi observatum fuit. Incipit: Ad consecrandum seu
coronandum Regem alemania hoc modo procedatur
"primo in ecclesia Aquisi sit indutus plenis pontifica-
libus dominus Archiepiscopus Colonienfis ex jure regni
"debitus consecrator" etc. Specialiter dein in Codice nostro
notantur sequentes ceremonie: "De jumento Regis
"Romanorum; de ^{unctione} coronatione regine traditione gladii;
"de anulo Regali; de corona Regali; de professione
"Regis Romanorum; de coronatione Regine; de un-
"ctione regine, prophetia"; i. e. Surge illuminare
Jerusalem etc. B. D. vi = mox infra.

Theoderici de
Monys collatio.

B.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 31 [heute: Cambridge/USA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat. 121]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 55.

Cod. XXXI. n. 4.

55.

(a) Fortitanus est, Theodericus de Monasterio, Theologus Colonienſis. qui vixit ſec. XV. Scripſit de vitiis proprietatis, ad ſermonem de neceſſaria morum in Eccleſiaſticis reformatione in Concil. Conſtant. 1418. habitum. vid. etiam Hatthheim Bibl. Colon. pag. 303.

Hic imēdiate in codice noſtro editur: Collatio facta per Dominum theodericum de Monys (a) ſacre theologie doctorem coram ſereniſſimo principe Domino G. Sigismundo Romano et Ungarie et Regē in magna aula regali colonie preſentibus tota univerſitate et clero congregatis ibidem XIX. die Novembris Anno M. Quadringentesimo XIII. Dominus tecum virorum fortissime dicitur iudicium deo quibus verbis celestis nuncius angelus domini effatus est illum magni cordis virum quod deonem "et".

In fine collationis orator imperatori ſingulariter commendat univerſitatem, Eccleſiam, Clerum, et civitatem colonienſem.

Joan. de novo lapide collatio.

Hanc collationem excipit alia, hac inſcriptione: Collatio facta per Dominum Joannem de novo lapide legum doctorem in coronatione illuſtriſſimi principis Sigismundi Romanorum Regis celebrata Aquigrani Anno 1414. Menſis Novembris die octava. Ad honorem et laudem Dei omnipotentis etiam regali cum prudentia ſacrorum imperium gubernatur "et". Finis huius orationis est: "ut valeas in preſenti laudabiliter regnare et in futurum mercari ſummum imperatorem feliciter contemplari qui est rex regum et Dominus Dominantium Deus super omnia benedictus Amen."

Qui fuerit iste Joannes de novo lapide, nullibi reperire potui. Post hanc collationem habetur in noſtro codice Lubrica, seu Elenchus capitulorum in aurea Bulla contentorum.

N. B. = de Ceremoniale noſtrum in multis concordat cum Proceſſu in unitione Regis Romanorum apud aquigranum quem exhibet Grechus in ſuis notis in Petrum de Andlo, et quam inſpicere licet in libro: Le preſentatio de republica germania. Norim. a. 1656. 4. Totum autem actus cum omnibus ritibus, formulis, ceremoniis inaugurationis Regis apud aquigranum reſuſcitatus est T. II. Actuum Germanicarum in hiſtoriola electionis Maxim. I. in Regem Rom.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 31 [heute: Cambridge/USA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat. 121]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 56.

36.

Cod. XXXI, n. 5.

Joannis XXIII.
Schedula de
cessione Papae.
4us.

5.

Schedula de cessione Papatus jussu et nomine Joannis
XXIII. in Concilio constantiensi ad 1414. die 16. Febr.
per Dominum Franciscum Cardinalem Florentinum promul-
gata sequenti modo: "In nomine Domini nostri Jesu Chris-
ti amen. Sanctissimus Dominus noster papa hic pre-
"sens quamquam nullis votis" etc. vid. Coleti Sacra.
sancta concilia, T. 16. col. 44. ex collectione Barberiana.
Hanc excipit formula cessionis ab ipso Concilio tribus
hunc temporis Pontificibus, Joanni XXII. Gregorio XII.
et Benedicto XIII. prescripta, incipit: "Ad laudem et
"honorem omnipotentis Dei pacem et consolationem
"totius populi christiani" etc. In fine hujus formula
codea noster, addit: "Hanc cedulam totum Concilium
"generale in Constantia ad presens constitutum per
"omnes nationes concorditer oblatam Sanctissimo Domi-
"no nostro pape Jo. XXIII. Idem Dominus noster papa hinc
"videlicet in die mensis marci in prima sessione Concilii
"Coram serenissimo Domino Romanorum et Hungarie rege
"et toto Concilio post publicam Missam legit et solemp-
"niter approbavit cuius tenor per omnia sequitur in
"hec verba": hanc Schedulam pro Greg. XII. exhibet Cole-
"ti l. cit. pag. 90. ex Ms. vindob. Deinde immediate sequitur:
"Juramentum cessionis Joannis pape. Ego Johannes papa
"XXIII. propter quietem populi christiani profiteor" etc.
"vid. Coleti, l. cit. col. 48." in codice nostro post jura-
"menti ultima verba ad extirpationem presentis schis-
"matis additur: "Conclusa coram Domino Imperatore
"per nationes germanicam, gallicam, Anglicanam et
"italicam et universitates parisiensem, orliensem,
"amnonensem, Oxoniensem et Montispessulensem".

Zoo
berg= de.
Fal
Fale
se ag
Scri
T.]Hij
Han

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 31 [heute: Cambridge/USA, Harvard University, Houghton Lib

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=1729

Handschriftencensus - Eine Bestandsaufnahme der handschriftlichen Überlieferung deutschsprachiger Texte des Mittelalters:
<http://www.handschriftencensus.de/9643>